

et in textu: sed qui Exegetis adhibet, potest uti argumentis alienis h.
e. ex alio Scriptura loco petitis.

VIII.

Concordantias optimè tractat, qui semper consulit, & plerumq;
consulendi hunc laborem dissimulat.

IX.

Historiae, & dicta gentilium à concionibus omnino band excludi
debent: sed honor semper relinquendus Scripturæ, cuius unicum verbum
totas hominum paginas vincit.

X.

Conciones allegoricae non debent contemni, si saltem allegoria,
tanquam signum, sit notior ipsa re, tanquam signato.

XI.

Tropi & omnes Figuræ ad Hermeneuticam quidem spectant, ac
ad eò eruditis scitu sunt necessariae: verum ad Oratori am practicam sem-
per non pertinent.

XII.

Non opus est, omnem concionem habere duas, vel tres partes:
consuetudo tamen obtinuit, ut numerus ternarius, tanquam sacer fas-
tis eleganter obseretur.

